



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 32. Sylva-Ducis a Mauritio obsessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

**Sæc. XVII.** machinamenta dejici, hiememque in  
A. C. 1601. minere cerneret, habitu belli Senatu  
quid in obsidionis progressu tentandum  
delerat, ubi rejectis plurium opinio-  
nibus tandem decretum, ex adverlo  
propugnaculi, quod Oppidi Templum  
tuetur, validum esse construendum mu-  
nimentum, ex quo adventantia ho-  
stium navgia impositis tormentis peti-  
demergique possent.

### §. XXXII.

#### *Sylva-Ducis a Mauritio obfessa.*

*Galut. l. 14.* **D**um hisce belli consiliis detinetur Al-  
*Grotius*  
*l. 10.* bertus, interim Mauritius Comes  
Nassovius Fœderatorum Belgarum Gu-  
bernator, ut Catholicos ab obsidione  
Ostendana removeret, die prima No-  
vembbris Sylvam-Ducis obsidione cin-  
gere parat. Præsidiarii milites, qui-  
bus Antonius Schetus imperabat, e-  
rant numero pauci, cives vero in duas  
peditum cohortes & unam equitum  
conscripti ad strenuam urbis defensio-  
nem obfirmatum præseferebant ani-  
mum: nec deerant Magistratus & Sa-  
cerdotes, qui cives aliunde haud intre-  
pidos ad fidei Catholicæ & patriæ de-  
fensionem proposito Majorum suorum  
exemplo certatim inflammarent: nihil-  
minus cum tam amplæ civitati pro-  
pugnan-

XV.  
e in-  
natu-  
dum  
inio-  
verlo-  
plum-  
mu-  
ho-  
peti-  
  
a.  
r Al-  
mes  
Gu-  
one  
No-  
cin-  
qui-  
, e-  
uas  
cum  
sio-  
ini-  
Sa-  
re-  
de-  
um  
lo-  
ro-  
an-

pugnandæ numero impares essent, Gu- Sæc. XVII.  
bernator Archiducem de præsentaneo A.C. 601.  
periculo monet, prompta postulans sub-  
fidia: Albertus igitur quantocius Fri-  
dericum Herembergensem Comitem  
cum septem peditum millibus, Equiti-  
busque mille & quingentis, ut pericli-  
tanti urbi præsto essent, decernit, ex  
quibus octingenti pedites hoste nil mi-  
nus suspicante die vigesima nona De-  
cembris noctu incolumes inferebantur,  
paucis duntaxat ex postremo agmine  
captis cæsisque. His copiis aucti Syl-  
va - Ducsones ad obsidionem alacriter  
sustinendam omnem apparatum ador-  
nant, atque adversus incendia aquam  
domibus tectisque provida sedulitate in-  
ferunt, tabulata arenæ cumulis ster-  
nunt, cunctaque restinguendis flammis  
parata habent. Accesserat insuper tem-  
pestivo admodum consilio facta Archidu-  
cis nomine pollicitatio, privata damna ex  
publico reparatum iri ærario: nec mi-  
nor erat in obsecroribus ardor ad urbem  
oppugnandam, primisque obsidionis  
diebus hostes ad Fuchensem portam,  
quam icta bombardæ perfregerant,  
tanto impetu irruerant, ut urbe potiti  
viderentur, nisi Gubernator quanto-  
cius emissis aliquot copiis vim repulif-  
set, pontemque portæ subiecto igne  
concremasset: Sinister hic successus,  
necnon

Sæc. XVII. necnon introducti subsidii facilitas, &  
A. C. 1601. præcipue fatalis nuntius de proxime  
 validi exercitus adventu tantopere Mauritium terruit, ut die vigesima septima  
 Decembris obsidionem solveret, ac impedimentis potissimum partem incensis  
 non sine magna suorum clade in Hollandiam reverteretur.

## §. XXXIII.

*Continuata Ostendæ obsidio.*

*Grotius l.c.* Ceterum adhibita Archiducis solertia  
*Thuan.* Ostendanis naves annona aliisque  
*l. 126.* suppetiis onustas advehendi opportunitatem præcludere haud poterat; quippe triginta primum ac dein vigintiquatuor navigia innoxio appulsi adveniebant, obsistentibus nequicquam Hispanis, qui, dum munitionem hostilem extra oppidi fossam invadunt, desideratis suorum quamplurimis repulsi sunt ex foederatis tamen Uodenbroquius Consul Ultrajectinus plumbea glande tractus occubuit. Postea exeunte Mense Octobri denuo quadraginta & amplius naves libere portum ingressæ sunt, simulque sepimentum, quod Hispani construxerant, die vigesima nona Octobris subita exundatione eversum est: unde aliud altius erigere coguntur, cum autem præsidiarii die tertia Novembris

erum.